

## Tit. V.

# Si servitus vindicetur vel ad alium pertinere negetur.

## ACTIO

*Confessoria est*

*actio in rem, quā is cui servi-  
tus constituta contra quem-  
vis ipsum in eā impedientem  
vel istam detinentem, inten-  
dit ut declaretur, servitutem  
ad se pertinere. Ejus*

## 1. CAUSA s FUNDAMENTUM est

*Servitus constituta, quod petitor  
probabit, licet sit in quasi  
possessione.*

*Probabit etiam predium do-  
minans suum esse, nisi sit in  
possess. ejus.*

*Negatoria est*

*qua dominus adversus cum,  
qui servitutem in re ipsius  
prætendit, rem liberam de-  
clarari intendit. Ejus*

*Libertas naturalis, quæ præsumi-  
tur, nisi contrarium reus  
probet.*

*Alias in Corporalibus posses-  
sor non agit, excipe si turbe-  
tur.*

## 2. SUBJECTUM RELATIVUM, CUI DATUR, est

*Dominus dominans, directè :  
Sed utiliter emphyteuta, super-  
ficiarius, Creditor, Vassalus.  
Usufructuarius indirectè.*

*Dominus qs. servienti, qui si dicat  
reum vi aut clam eā uti, pro-  
bare tenetur.  
Socius contra Socium.*

## 3. SUBJECTUM CORRELATIVUM, CONTRA QUEM. Datur

*Contra denegantem & impedi-  
tem: utiliter etiam contra do-  
minum qui novam domū pro  
veteri serviente extollit.*

*Contra cum qui prætendit ser-  
vitutem, it. qui aliter utitur  
servitute.*

## 4. EFFECTUS, AD QUID? ut

*Servitus vindicetur, cum interesse.  
Reus præstet cautionem.  
Si nihil horū, juratur in litem.*

*Res libem declaretur,  
interesse præstetur,  
Reus præstet cautionem.*

*Idem observatur in aliis Juribus vindicandis.*